

AÑO LXIX — 15 DE Junio DE 1921 | NÚM. 12



BOLETÍN Eclesiástico
DEL
Obispado de Astorga

SUMARIO: I. Circular de Secretaría: Regreso del Excmo. Prelado.—II. Sag. Cong. de Ritos: Instrucción para la Misa de los cecuentes.—III. Santa Teresa de Jesús: Centenario y condenación de una obra.—IV. Conferencias morales y litúrgicas.—V. Sexta Asamblea Eucarística.—VI. Necrología.

Secretaría de Cámara y Gobierno

El día 10 de los corrientes, después de practicar la Santa Pastoral Visita en todos los pueblos del Arciprestazgo de Villafranca, en los que recibió pruebas de mucho afecto y veneración por parte de los señores sacerdotes, de las dignas autoridades y de todos los fieles, regresó a esta Ciudad el Excmo. e Ilmo. señor Obispo, que ha conferido el sacramento de la confirmación a unos siete mil fieles, habiendo sido muchas las personas de uno y otro sexo que de su mano recibieron la sagrada comunión.

Astorga 14 de Junio de 1921.

Lic. José Huertas Lanchón
Can. Srio.

Sacra Congregatio Rituum

INSTRUCTIO

PRO SACERDOTE CAECUTIENTE CIRCA MISSARUM CELEBRATIONEM EIDEM EX INDULTO APOSTOLICO CONCESSAM.

1.—PRAENOTANDA.

1. Sacerdos caecutiens seu tali visivae potentiae debilitate, sive accidentaliter sive habitualiter, labrans, ut legere possit non nisi typos valde crassos, a Summo Pontifice seu Sacra Rituum Congregatione, nisi Episcopus Apostolica facultate fuerit munitus, dispensationem obtainere potest celebrandi, iuxta normas inferius accuratius exponendas, aut Missam votivam de beata Maria Virgine aut Missam, quam vocant, quotidianam Defunctorum.

2. Conditiones vero in huiusmodi privilegii instrumento appositae, non sunt merae ritualitatis et styli, sed obligatoriae in conscientia.

3. Si in privilegio dicatur: *Dummodo Orator non sit omnino caecus*, et interea plane caecus evadat, tunc a celebrando Missam abstinere debet, donec novum indultum impetraverit; eoque obtento, sub gravi teneatur assistentia uti alterius sacerdotis, quamvis forte haec obligatio in indulto non expresse fuerit apposita.

2.—REGULAE CIRCA MISSAM VOTIVAM DE BEATA MARIA VIRGINE.

I.—*Quae Missa votiva de beata Maria Virgine sit dicenda.*

1. Caecutiens dispensatus dicat Missam inter votivas de beata Maria Virgine assignatas *quintam*, quovis anni tempore.

2. Si vero tantae adhuc est potentiae visivae ut legere possit etiam alias quatuor Missas votivas de beata Maria Virgine in Missali caecutientium pro diversitate Temporum extantes, facultas ei sit easdem celebrare iuxta temporum diversitatem.

II. — *Quando Missa votiva de beata Maria Virgine sit dicenda.*

1. Missa votiva de beata Maria Virgine dici potest quovis anni tempore; dici vero debet omnibus et singulis diebus, in quibus non permittantur Missae quotidianae Defunctorum iuxta Calendarium Ecclesiae in qua Sacerdos caecutiens celebrat; salvis tamen privilegiis ulterioribus circa Missas Defunctorum infra num. 3 expositis.

2. In triduo sacro Maioris Hebdomadae Sacerdos caecutiens omnino a celebrando abstinebit.

3. In Festo Nativitatis Domini tres dicere potest Missas.

III. — *Quo ritu sit celebranda.*

1. Si Missa votiva de beata Maria Virgine celebretur pro re gravi et publica simul causa, a Sacerdote caecutiente semper dicuntur unica *Oratio, Gloria in excelsis, Credo, Praefatio* in tono solemni, *Ite Missa est*, et ultimum Evangelium S. Joannis *In principio*, etsi a Sacerdotibus non privilegiatis facienda esset illa die commemoratione, vel dicenda Collecta ab Ordinario imperata, vel dicendum in fine Evangelium Officii commemorati, iuxta Rubricas.

2. In omnibus aliis casibus:

a) dicitur *Gloria in excelsis*:

I.—Quandocumque dicendum est in Missa diei currentis, iuxta Calendarium Ecclesiae in qua Missa celebratur;

II.—In iubilaeo propriae ordinationis sacerdotalis;

III.—Infra Octavas, etiam simplices, beatae Mariae Virginis, iuxta Calendarium Ecclesiae in qua Missa celebratur;

IV.—In sabbato.

b) Orationes quod attinet, haec observanda sunt:

I.—Secunda et tertia Oratio non adduntur, quandocumque Orationes de Tempore excluduntur a rito Missae diei currentis, iuxta Calendarium Ecclesiae in qua Missa celebratur;

II.—Secus tres dicantur Orationes, et quidem secunda de Spiritu sancto, tertia contra persecutores Ecclesiae vel pro Papa.

c) *Credo* dicitur:

I.—Quandocumque dicendum est in Missa diei occurritis, iuxta Calendarium Ecclesiae in qua Missa celebratur;

II.—In iubilaeo propriae ordinationis sacerdotalis.

d) In Praefatione dicitur *et te in veneratione*, praeterquam in Festis et per Octavas, etiam simplices, beatae Mariae Virg., in quibus Praefatio dicitur perinde ac si Missa de Festo vel de Octava celebraretur.

e) Ultimum Evangelium semper est S. Joannis *In principio*.

f) In Oratoriis privatis, Calendarium proprium Celebrantis tenet locum Calendarii Ecclesiae in qua Missa celebratur; idque etiam circa Missam Defunctorum servabitur.

3.—RUBRICAЕ CIRCA MISSAM DEFUNCTORUM.

1. Loco Missae votivae de beata Maria Virgine Sacerdos caecutiens celebrare potest Missam quotidiam Defunctorum, cum vel sine cantu, ad normam

Rubricarum de Missis Defunctorum,iuxta Calendarium Ecclesiae in qua celebrat.

2. Hanc Missam celebrat etiam (et quidem ter si placuerit) in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, in qua tamen unam tantum Orationem dicet, nempe *Fidelium*; servata (si bis vel ter hac die celebret) Constitutione Benedicti Papae XV *In cruentum Altaris sacrificium*, cuius vigore unam tantummodo Missam cuicunque maluerit applicare et pro ea stipem percipere valeat: alias vero Missas, nulla stipe percepta, pro omnibus fidelibus defunctis et ad mentem summi Pontificis, prout ceteri Sacerdotes, applicet.

3. Unica Oratio in hac Missa dicitur, quandcumque haec Missa quotidiana locum teneat Missae in qua unica tantum Oratio, iuxta Rubricas, dici debeat. Secus tres saltem Orationes dicantur: prima tamen et secunda Oratio variari poterunt, iuxta peculiarem intentionem et applicationem Missae.

4. Ad Sequentiam *Dies irae* Sacerdos caecutiens numquam tenetur. Attamen si Missam cantet, licet ipse Sequentiam non legat, Chorus eam cantare non omittat.

ROMANA

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV suprascriptam Instructionem ad sacrosanctum Missae sacrificium celebrandum a Sacerdotibus caecutientibus, qui Apostolicum Indultum in casu obtinuerint, ab infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatam, approbavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 12 januarii 1921.— CARD. VICO, Ep. Portuen.
et S. Rufinae, S. R. C. Praefectus.—L.  S.—Alexander Verde, Secretarius.



Según la preinserta Instrucción de la S. C. de Ritos, el Sacerdote ceciciente, facultado para decir la Misa votiva de la Virgen o la cotidiana de difuntos, observará las reglas siguientes:

Reglas relativas a la Misa votiva de la Virgen.

1.^a De las cinco Misas votivas de la Virgen que tiene el misal para los distintos tiempos del año, el Sacerdote ceciciente *debe* decir siempre la *quinta* o *última* (*De Pentecoste usque ad Adventum*), guardando acerca del *Alleluia* lo que mandan las Rúbricas desde Septuagésima hasta la Resurrección del Señor y para el tiempo pascual; pero puede, a su arbitrio, si su vista le permite leer las otras cuatro Misas votivas, decir la señalada para el tiempo en que celebre.

2.^a *Puede* decir la Misa votiva de la Virgen todos los días del año, excepto los tres últimos de la Semana Santa, y decirla tres veces el día de la Natividad de Nuestro Señor Jesucristo; y *debe* decirla en los días en los cuales, según el Calendario de la iglesia donde celebre, no estén permitidas las misas cotidianas de difuntos.

3.^a El Sacerdote ceciciente celebrará la Misa votiva de la Virgen como sigue:

1.^º Dirá *Gloria in excelsis*: cuando la celebre *pro re gravi et publica simul causa*; siempre que también se diga en la Misa del día, según el Calendario de la iglesia donde celebre; el día del jubileo de su ordenación sacerdotal; en las infraoctavas, aun simples de la Virgen, conforme al Calendario de la iglesia en que celebre; y finalmente en los sábados; en todos estos casos dirá *Ite Missa est*.

2.^º Dirá una sola oración: cuando la celebre *pro re gravi et publica simul causa*; y siempre que, según

el Calendario de la iglesia donde celebre, no tengan lugar en la Misa del día las oraciones llamadas de *Tempore*, de las cuales se trata en el Tít. IX *De orationibus* (v. Misal): en los demás casos dirá tres oraciones (la de la Misa votiva, la del Espíritu Santo y la contra los perseguidores de la Iglesia o por el Papa). No está obligado el cecuiente a decir en la Misa las Colectas imperadas.

3.º Dirá *Credo*: cuando celebre *pro re gravi et publica simul causa*; siempre que tenga que decirse en la Misa del día, según el Calendario de la iglesia en que celebre; y en el día del jubileo de su ordenación sacerdotal.

4.º En el Prefacio (que cantará el cecuiente en tono solemne cuando cante la Misa votiva *pro re gravi et publica simul causa*) dirá siempre *et te in veneratione*, excepto en las fiestas y octavas, aun simples de la Virgen, en las cuales dirá el Prefacio correspondiente a dichas fiestas y octavas, respectivamente.

5.º Al fin de la Misa dirá siempre el Evangelio de San Juan *In principio*.

El Calendario del celebrante sustituye en los oratorios privados al Calendario de la iglesia donde se celebra; lo cual se ha de tener presente igualmente para la Misa de difuntos.

Rúbricas para la Misa votiva de difuntos.

1. El Sacerdote cecuiente puede decir, en lugar de la Misa votiva de la Virgen, la cotidiana de difuntos, cantada o rezada, conforme a las Rúbricas de esta clase de Misas, según el Calendario de la iglesia en que celebre.

2. Esta Misa cotidiana dice también el cecuiente (y tres veces si le place) el día de Todos los Fieles

Difuntos, con una sola oración, *Fidelium*; observando, en caso de celebrar más de una Misa en este día, lo dispuesto al efecto por Benedicto XIV o Benedicto XV.

3. En esta Misa cotidiana se dirá una sola oración cuando se celebre en lugar de otra de *Requiem* en la cual, por prescripción de las Rúbricas, se había de decir solamente una oración, como en la exequial y en las correspondientes a los días III, VII, XXX y aniversario de la muerte o sepelio de un difunto. En los demás casos ha de decir el cecuiente tres oraciones; pudiendo cambiar la primera y segunda según su intención particular y la aplicación de la Misa.

4. El Sacerdote cecuiente, aunque cante la Misa, nunca está obligado a decir la Secuencia *Dies irae*, la cual, no obstante, habrá de cantar siempre el Coro.

Santa Teresa de Jesús.

I.

Tercer Centenario de su Canonización

A) Nuestros respetables Hermanos, los señores Obispos de Avila y de Salamanca, Nos han dirigido esta carta, que con mucho gusto a continuación publicamos:

«Muy venerable Hermano y respetable amigo: El día 12 de Marzo del próximo año de 1922 cumplirán tres siglos de la canonización de aquella mujer sin par, verdadero prodigo de la naturaleza y de la gracia, Teresa de Jesús. Los Obispos que rigen las diócesis de Avila y Salamanca, cuna de la Santa y de la Reforma

Carmelitana la primera, y guardadora de sus venerandas reliquias la segunda, han creido un deber y un honor promover la solemne celebración de fecha tan memoranda. Mas han creido que la excelsitud de la figura de Santa Teresa trascendía los límites de sus diócesis, ya que los fulgores de su doctrina iluminan a todo el mundo cristiano; y por ello han procurado tuviera por lo menos carácter nacional la celebración del próximo Centenario de la insigne Doctora Mística, prez y gloria de nuestra España.

Se han dirigido, ante todo, a Su Santidad Benedicto XV pidiéndole gracias espirituales para el Centenario, que benignamente ha concedido Su Santidad (según puede verse en el Rescripto cuya copia se acompaña) para las iglesias de los Monasterios Carmelitas de Avila y Alba durante todo el año del Centenario, y para todas las iglesias de España en las solemnidades con que festejen dicha centenaria conmemoración.

Sus Majestades Católicas los Reyes de España, Don Alfonso XIII y Doña Victoria (q. D. g.), con el celo que les caracteriza por las glorias de la religión y de la patria, se han dignado aceptar la presidencia de las Juntas Nacionales de caballeros y de damas, que con anuencia del Excmo. y Rvmo. Sr. Obispo de Madrid radican en la capital del reino.

Los Obispos iniciadores de las fiestas se prometen que no ha de quedar diócesis alguna en España que no cuente con su Junta Diocesana; por lo menos de señoras, para promover la celebración del Centenario en las diócesis respectivas, organizar peregrinaciones a Avila y Alba y cooperar a los actos de carácter nacional en honor de la insigne Mística Doctora.

Todo ello lo confían los Obispos iniciadores al celo, discreción y prudencia de V. E. limitándose por su

parte a acompañar copia del Rescripto de Su Santidad Benedicto XV y de las bases que para el funcionamiento de las diversas Juntas han parecido más oportunas.

Con tan fausto motivo se complacen en reiterarse de V. E. devotísimos Hermanos, a. y S. S. q. b. s. m.

✠ *El Obispo de Salamanca.* ✠ *El Obispo de Avila.*

1 de Abril de 1921.

Gracias concedidas

B) Las gracias concedidas por Su Santidad, a las que se alude en la carta anterior, son las que constan en el Rescripto cuya copia se acompaña y que a continuación trasladamos:

Segreteria di Stato di Sua Santitá.—Ex Audientia SSmi. die 6 Martii 1921.—Sanctitas Sua, Benedictus PP. XV, precibus annuens Episcoporum Salmantini et Abulensis, occasione adventurae, die 12 mensis Martii anni 1922, solemnis commemorationis centenariae canonizationis Sanctae Theresiae, benigne concedere dignata est Indulgentiam Plenariam, per integrum annum, a die supra dicto, ab omnibus lucranda qui Aedes Theresiae Sacras Abulae, ubi ipsa in lucem edita est, vel eas quae ibidem pertinent ad moniales sive Calceatarum, vulgo «de la Encarnación», ubi illa est commorata, sive Excalceatarum S. Joseph, ubi et ingens reformationis opus est auspicata, sive Excalceatarum Albae, ubi et supremum diem obiit et venerandae eius reliquiae asservantur, pie devoteque visitaverint; necnon Indulgentiam Plenariam in omnibus Hispaniae ecclesiis lucranda, in quibus festum centenarium canonizationis sollemniter celebretur.—Ex Aedibus Vaticanis, die, mense et anno supra signatis.
—CARD. GASPARRI.

Secretaría de Estado de Su Santidad.—Audienzia cele-

brada con Su Santidad el día 6 de Marzo de 1921.—Su Santidad el Papa Benedicto XV, accediendo a los ruegos de los Sres. Obispos de Salamanca y Avila, con ocasión de la próxima y solemne conmemoración del Centenario de la Canonización de Santa Teresa de Jesús, en 12 de Marzo de 1922, se ha dignado conceder indulgencia plenaria, que podrá ganarse en todo el trascurso de un año, a contar desde el día mencionado, por todos los que visitaren devotamente la iglesia de Santa Teresa en Avila edificada en el solar en que ella nació, o la de las Carmelitas Calzadas, vulgo de «la Encarnación», en donde habitó, o la de S. José de las Descalzas, en donde concibió la grandiosa obra de la reforma, o la de las Descalzas de Alba, en donde murió y en la que se guardan sus venerandas reliquias; y, asimismo, indulgencia plenaria, que podrá ganarse en todas aquellas iglesias de España en que se celebren con solemnidad las fiestas del Centenario de la canonización.—Palacio del Vaticano, fecha ut supra.—GAR. GASPARRI.

Presidencia de la Junta Nacional

C) Su Alteza Real la Serenísimma Infanta doña Isabel de Borbón se ha servido participarnos que Su Majestad la Reina (q. D. g.) le ha conferido la Presldencia efectiva de la Junta Nacional de Señoras y anunciarnos que pronto remitirá la lista de Señoras Vocales.

II.

Suprema Sacra Congregatio S. Officij

DECRETUM

DAMNATIO LIBRI: EDMOND CAZAL «SAINTE THERESE»

Emi. ac Rmi. Dñi. Cardinales in rebus fidei et morum Inquisidores Generales, in ordinario consessu habito feria iv, die 20 aprilis 1921, librum: Edmond Ca-

zal, *Sainte Thérèse*, París, Librairie P. Ollendorff, prae-damnum ad praescriptum canonis 1399, in Indicem librorum prohibitorum inserendum esse declararunt, hic praecipue ratione, ne fideles ex titulo in errorem forte inducantur.

Et in sequenti feria v, die 21 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impetrata, relatam sibi Emorum PP. resolutionem approbavit et publicandam mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 22 aprilis 1921.

A. CASTELLANO, *Supremae S. C. S. Officii Notarius*

Collationes Morales in mensem Julii.

I.

Notae verae Ecclesiae.—Quaenam sunt.—Ecclesiam Románam esse unicam veram Christi Ecclesiam demonstretur: primo argumentis positivis: et deinde indirectis seu per exclusionem aliarum religionum.

Correctionis fraternae notio, et in quo ab aliis distinguatur. Quae conditiones requirantur ad gravem obligationem correctionis. Utrum corripiendi et denunciandi sint occulti peccatores, etiamque ex ignorantia peccantes. Scandali notio, divisio, gravitas et malitia specifica. An vitandum sit omne scandalum quocumque incommodo. Quid liceat vel non in hac materia. Ad quid teneatur scandalosus.

CASUS

Albinus parochus admittit visitationem ipseque

invisit frequenter, quamvis sine periculo, unum vel aliquos ex melioribus subditis, in quarum domibus personae diversi sexus commorantur, ut benevoli, ait, se habeant erga ipsum et illi adjuvent in paroeciae regimine; sed plerique subditorum (feligreses), alii ex invidia erga invisitatos, alii ex prava suspicacia, alii denique bona fide detrectare maligne incipiunt bonum parochum harum visitationum causa. In eadem domo paroeciali conveniunt etiam non valde inmoderata frequentia aliqui sacerdotes ex comitibus, sive in festis principalioribus et diebus confessionum, sive ad collationes morales pertractandas, et aliquoties honestae recreationis causa; sed fere omnibus his diebus, postquam munere suo funguntur, tempus in ludo terunt, et ex eo quod, ut ajunt, nihil mali faciant in hoc oblectamento, nullam adhibent cautionem, ita ut fideles audiant e via, et de hac re e docti scandalum patiantur. Postea regressum faciunt in domum suam, non sejunctim, sed conjuncte quatuor vel sex deambulantes, dum agricultae in rure laborant, qui statim ac vident praedictos sacerdotes exclamant: isti vitam ducunt in desidia et ignavia, solummodo curantes de animo relaxando, nos autem sine intermissione die ac nocte laborantes, quae quidem cogitatio illos inducit ad prorumpendum in maledicta, improperia etiamque in blasphemias. De his conscius Vicarius foraneus objurgat sacerdotes, praecipueque Albinum, cui dixit male agere in visens unum vel paucos parochianos tantum, permittens ludum adeo imprudenter in domo sua, et postea conjunctim regredientes cum scandalo fidelium, quod facile vitare possent unusquisque separatim in domum suam regrediens.

Quid de Albino, de reliquis sacerdotibus, de fideli-
bus et de vicario foraneo dicendum est.

QUAESTIO LITURGICA

A quoniam sacerdote deferendum est in processione Smi. Corporis Christi S. Sacramentum, a celebrante an ab alio. Utrum omnes e clero, tali processioni assistentes, debeant superpelliceum induere, et cereos accensos in manu gestare.

II.

De relationibus inter Ecclesiam et societatem civilem.

—**Errores.**—Doctrina catholica exponatur et probetur. Potestas Ecclesiae in scholas sive publicas sive privatas.

Quid dicendum de vestibus immodestis.—An pravi libri typis committi possint, vendi, donari vel locari et reddi domino.—Quid de subscriptione ephemeridibus data vel de articulis et nuntiis in ipsis inserendis.—An choreae sint intrinsece malae, et undenam augeatur periculum, ita ut reddantur graviter illicitae.

CASUS

Paternus, dominus hospitii (vulgo café), quaevis folia publica hospitibus exhibet; item praeses in quodam coetu (casino) nominatur, ubi boni et mali patent libri et ephemerides; mali etiam sermones saepe miscentur; vir est aliunde bonus, qui haec nollet haberi, nequit tamen ea impedire: quaerit ergo, an possit in tali coetu praeses vel socius haberi, aut saltem locum ut spectator frequentare. Praeterea, ab aliquibus annis subscriptionem duarum ephemeridum prosequitur, quarum una impia quidem est, bonis tamen notitiis ad commercium spectantibus referta, propter quas potissimum ab ipso legitur, altera vero catholico-liberalis ultro se profitetur, magno in honore a similis conditionis hominibus habitam: hanc utique assidue legit Paternus, minime in ea approbans quae in Reli-

gionem hujusve ministros, licet temperate dicta, offendit. Aliquoties etiam nuntia et articulos mittit ut in ea inserantur et in aliis ejusdem conditionis. A Titio confessario nuper de his omnibus interrogatus, ingenue aperit modum ejus agendi. Ast obstupefactus audit absolvi se non posse nisi malas ephemerides edomo sua et de hospitio (vulgo café) abjiciat, nisi munus praesidis domus publicae (del casino) statuat dimittere, et nisi omittat nuntia mittere et articulos. Reponit Paternus damna sibi obvenire ex tali proibitione; se praeside aut socio (del casino) majora mala vitari, nec alioquin aliam invenire societatem in illa civitate ad spatiandum animum. Nullo modo, responde Titius confessarius, haec tolerari possunt, et sine absolutione dimittit. Indignabundus et anxius Paternus quaerit de obligatione Titio parendi, simulque consilium de singulis petit.

QUAESTIO LITURGICA

Quid sacerdos celebrans, qui binaturus est, facere debeat post Divini Sanguinis sumptionem in prima Missa, et quomodo in cooperiendo calice procedere debeat. An aliquando omitti possint orationes seu preces imperatae post evangelium ultimum.

VI Asamblea Eucarística Nacional

Convocada por el «Centro Eucarístico de España» con la venia y bendición del Excmo. Sr. Obispo de Madrid-Alcalá, tendrá lugar en Madrid en los días 24 al 29 de Junio.

Fines de la Asamblea. —Rendir público homenaje al Santísimo Sacramento; preparar la concurrencia de España al próximo congreso Eucarístico internacional

que se celebrará en Roma; agrupación en lo que tengan de común todas las *Asociaciones* y *Obras eucarísticas*, y discusión de temas.

Programa.—Del 24 al 29 habrá sesiones para las diversas Secciones en las que se discutirán los temas y se celebrarán solemnes funciones en honor de la Eucaristía.

Asambleistas.—Pueden ser todos sin distinción de sexo y los hay de tres clases: *Adheridos* (mediante cualquier donativo); *asistentes* (los que den como mínimo una peseta) y *representantes* (los que inscritos como asistentes lleven acreditada su representación de alguna asociación u obra eucarística.) Los adheridos solo tienen derecho a las gracias espirituales y los demás a la rebaja que conceden las compañías de ferrocarriles a la presentación en taquilla de la tarjeta de asambleista.

Inscripciones.—Pueden solicitarse al Centro Eucarístico de España, apartado 191, Madrid, o al Presidente de la Adoración Nocturna de Astorga.

NECROLOGÍA.

El día 1 de los corrientes falleció D. Luis San Román Remesal, párroco de Porto, en el arciprestazgo de Sanabria. Pertenecía a la Asociación Sacerdotal de Sufragios y tenía cumplidas las cargas. Hace el núm. 451.

Su Excia. Ilma. ha concedido cincuenta días de indulgencia en la forma acostumbrada. R. I. P.